



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Ad accelerationem paenitentiae incitant quatuor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

A
tentie
as tempo
tuerbi
ritas ful
prosperi
atem, ut
nuerho
gius Pil
Reple
Deflui
oralia, &
nanq; si
s in homi
m conti
m; is lon
necculo
est, dum
ore defi
obus ete
monz fer
e asseren
ftinatio
tur. Vox
oruus in
st Chri
quemad
o ad offi
ius uero

INSTITVTO. 4

Diabolus est, qui procrastinat usq;
ad mortem producendo, promit-
tendo longam uitam; De qua pro-
missione dicit Ecclesiast. Repromis-
so nequani multos perdidit. Est
enim hæc reppromissio nequam, ne
quior & nequissima, sicut legitur in
tractatu de auaritia.

Ad accelerationem pænitentia
& incitant quatuor.

P rimum est scriptura, ut apud
Ecclesiasticum peccator con-
uerti ad dominum ad mone-
tur hoc pacto. Non tardes conuer-
ti ad dominum, nec differas de die
in diem &c. In eodem quoque legi-
tur; Fili peccasti, non adiicias ultra, Ecc. 23
sed de pristinis deprecare &c. Secū-
dum est mortis incertitudo, quem-
admodum Seruator noster pruden-
ter nos uigilare admonebat dicens.
Et uos estote parati, quia qua ho-
ra non putatis filius, hominis ueniet.
Itidem dicebat. Veniet Dominus
serui illius in die qua non sperat, &
hora qua ignorat. Coarguens quo-
diuitem illum, qui dicebat. Ani-
ma, habes multa bona posita in an-
nos plurimos, requiesce, comedere,

Ecc. 30

Luc. 12

Mat. 24

A 4

CHRISTIANA

Lue. 12 bibe, epulare. Dixit; sulte, hoc
nocte animam tuam repetuntate,
quæ autem parasti cuius erunt? tis-
lis aduentus domini, aduentus ei-
mortis, quæ mors certissima est,
eius uero aduentus, & in quo loco
incertissimus est. Quando, uel quoniam
modo, aut ubi moriemur, nesci-
mus, quoniam mors ubiq; nos ex-
pectat, ubiq; nos aggreditur, in-
ditq;. propterea in omni loco em
expectare debemus, & nos parato-
esse, conuenit, ut cum corpus de
hoc ergastulo exiens, ad terram re-
uertitur, de qua sumptum est, iuri
Gen. 3. Domini testamentum, memento
homo quia cinis es, & in cinerem
uerteris, spiritus saltem post
erunmas ad dominum qui condidit
illum redeat. Quartum est bonum
Tren. 3. quod inde prouenit. Bonum est
(legimus) uiro cum portauerit illu-
gum domini à iuuentute sua, sed
bit solitarius, &c. Sub quo iugo que-
tuor consequuntur bona. Primum
est, quia homo securus uiuit, dum
ante mortem pietate, ac sanctimo-
nia uitam consumens, secure cor-
poris reliquam partem dein expe-
ctat. Secura mens (proverbialiter
dicitur) quasi iuge conuiuum. Se-
cundum est, bona animæ sui factio-

Ado-

INSTITVTO. 5

Adolescens, uigesimo secundo Pro **Pro. 22**
uerbiorum dicitur iuxta uiam suam
etiam cum senuerit, non recedet a'
ea. Tertium est, q̄ gratius est ser-
uicium eorum domino, qui citò cō-
ueruntur. Dant enim de puro, &
optimo, & non de fece. Vnde Ec- **Ecc. 14**
clesias adhortabatur sic inquiens.
Fili si habes, benefac tecum, & di-
gnas deo oblationes offer. Apud
etiam Malachiam legimus. Male- **Mal. 1.**
dictus dolosus qui habet in grege
masculum, & uotum faciens ini-
lat debile deo. Placet etiam sum-
mopere deo seruitum iuuēnū cor-
de simplicium, sicut uideri potest
apud Matthæum quando Christus **Mat. 22**
dicebat. Sinite paruulos uenire ad
me, talium est n. regni celorum.
& in Ecclesiastico dicitur de istis,
in persona unius iusti. Potuit tran-
gredi & non est transgressus, face-
re malum & nō facit. Quartum est,
quia homo moritur certus certitu-
dine spei. Ideo qui cupit certus esse
in morte de indulgentia, sanus pe-
nitentia, perpetrata facinora deleat.
Vnde Augustinus dicebat. Vis quod
incertum est euadere; age peniten-
tiam dum sanus es, si sic agis, dico
tibi, qui securus es, quia penitentia
egisti, eo tempore quo peccata

A 5

Augst.

CHRISTIANA

re potuisti; si autem uis agere penitentiam quando iam peccare non potes, peccata dimiserunt te, non tu illa. E contrario incertus moritur, qui in fine pænitet;

Vnde idem Augus. Pater Augustinus ait. Siquis potus in ultima necessitate uoluerit accipere pænitentiam, & accipit, & hinc uadit, nunquid dico damnabitur. Sed nec dico liberabitur.

Quintum est, mala quæ ex dilatatione proueniunt, quæ sunt quatuor. Primum est, praua consuetudo. Quia prauus usus uix aboleri potest, & assidua consuetudo in natu ram uertitur. Vnde ad hoc dicitur

Pro. 22. sicut supra; Adolescens iuxta uiam suam, etiam senuerit, non receder ab ea. Secundum est, quia conuersio dilata difficulter est. Diabolus enim quanto diutius possedit, tanto difficulter dimittit, & quanto ci tius, tanto facilius Diaboli dominium euitatur. Non debet peccato in peccatis senescere, sed ipsis per petratis, mox per contritionem, confessionem, & satisfactionem de lere, & lacrymis conscientiam absurgere, quia si moram traxerit, animus deinceps sceleribus alitius, ab eis diuelli uix potest. Ter tium est, quia quanto homo plus v

A
gere peni
ccare non
nt te, non
rtus mori
nde idem
i quis poli
e uoluerit
& accipi
ico damni
erabitur.
ex dilatio
quatuor
metudo.
poleri po
do in nau
oc dicitur
uxta viam
n receder
ia conue
Diabolus
edit, tan
quanto ci
oli domi
t peccator
i ipsi per
ditionem,
ctionem de
ntiam ab
traxerit,
ous afri
test. Ter
no plus vi
uit, tanto plus peccat, & quanto
el uita longior, tanto culpa est ma
ior. Cur ergo uitam istam tandi
desideramus, in qua quanto plus
uiuimus, tanto plus peccamus.
Quartum est, quia quanto plus ex
pectabuntur tanto plus cruciabun
tur, ideo Deus ut conuertamur diu
tolerat, quia si non conuertimur
durius postea damnat.

*Accidiam dissuadent
nobis nouem.*

Primum est natura. Homo. m
(ut dicit beatus Iob) natura
liter factus est, & nascitur ad
laborandum. de hoc dictum est satis
supra, q̄ positi sumus in hoc mun
do non ad ociositatem, sed ad labo
randum. Secundum est Scripturā.
Ante obitū tuū (ait Ecclesiasticus) Ecc. 14
operare iustitiam, quia nō est apud
inferos inuenire cibum. Ecclesi
sticus et̄ dicit. Quicquid potest ma
nus tua, instanter operare. Et Pau
lus quoque ait: Bonum autem fa
cientes non deficiamus &c. Ter
tium est, omnis creatura, quæ deunt
operis sui bonitate collaudat. Sed
primo sumamus exemplum ab his
A 6